

**Catharīna nucifraga**  
fabula Scōtia

In quōdam rēgnō est rēx, quī pulcherrimam filiam, Annam, habet. Rēx, tamen, uxōrem nōn habet, quia uxor mortua est. Itaque rēx alteram fēminam in mātirimōnium dūcit. Haec fēmina quoque habet filiam, Catharīnam. Catharīna nōn est pulcherimma, sed bona est.

Noverca Annae, tamen, nōn est bona. Noverca Annam ōdit quod Anna est pulchrior quam filia ēius. Itaque noverca ad venēficam in silvā it. Venēfica inquit, "Mitte Annam ad mē crās māne, sed necesse est Annae edere nihil."

Itaque postrīdiē māne, noverca Annae inquit, "Ō Anna, ōva nōn habēmus. Ī in silvam ad fēminam quae ōva tibi dabit."

Anna statim proficīscitur, sed famēlica est. Antequam discedit, Anna frūstulum panis capit et edit. Mox Anna ad venēficam venit et inquit, "Salvē! Noverca ob ōva mē mittit."

Venēfica respondet, "Aperī illud et vidē," et vās indicat. Anna vās aperit, sed vānum est. Venēfica suspīrat et Annam ad novercam remittit.

Postrīdiē māne, noverca iterum Annam ad silvam mittit, sed iam cum Annā ex aulā ambulat. Anna in silvā famēlica est et bacās parvās edit. Postquam ad venēficam venit, iterum in vās spectat, sed iterum vās est vānum.

Postrīdiē māne, noverca est irāta et cum Annā usque ad venēficam ambulat. Iterum Anna vās aperit, sed iam nōn est vānum. In vāse est caput ovis. Subitō caput ē vāse salit et in caput Annam. Iam Anna caput hominis nōn habet, sed caput ovis. Anna exclāmāre temptat, sed tantum bālat.

Postquam Anna ad aulam redit, Catharīna mātīrī rogat quid accīderit. Māter tōtam rem narrat et Catharīna est attōnita. "Catharīna, prō tē omnia fēcī!" māter inquit.

Catharīna nōn respondet sed, lacrimāns, manum Annae capit et ex aulā eam dūcit. Catharīna et Anna multōs diēs ambulant. Mox quandam aulam videt.

Catharīna caput Annae tegit et ad aulam puellae eunt. In hāc aulā habitat rēx, quī duōs filiōs habet. Ūnus filiū rēgis tamen est aegerrimus.

"Quaesō," Catharīna inquit, "sine ego et soror aegra hīc maneāmus et filiū tuū cūrābō."

"Omnēs quae eum cūrāt ēvānescit," rēx inquit, "sed sī temptāre vīs, tibi et sorōrī manēre licet."

Itaque Catharīna cum filiō rēgis sedet et colloquitur. Mox iuvenis obdormit et Catharīna eum dormientem spectat. Mediā nocte, tamen, iuvenis statim surgit. Iuvenis Catharīnam nōn videt, sed velut correptus ab aliquō numine, ad

equum it et conscendit. Catharīna tacitē eum sequitur et quoque equum conscendit.

Equus per silvam iuvenem et Catharīnam fert. Dum vehitur, Catharīna nucēs ab arboribus colligit. Mox equus ad collem venit et iuvenis clāmat, "Collis, collis viridis, aperī et intrem sine!"

"...et domina ēius posteā!" Catharīna parvā vōce āit. Collis subitō aperit et iuvenis et Catharīna intrant.

In colle sunt multae fādae. Catharīna celeriter sē celat. Statim fādae manūs iuvenis capiunt et cum eō saltant. Fādae iuvenem tōtam noctem saltāre cōgunt.

Prīmā lūcē, iuvenem in equum tollunt et eum domum mittit. Catharīna tacitē post iuvenem conscendit. Māne, rēx ad filiū it et Catharīnam sedere prope ignem videt. Catharīna nucēs frangit et eās filiō dat. Rēx est attonitus quod Catharīna nōn ēvānuīt. Rēx eī multam pecūniam prōmittit sī iterum cum filiō manēbit.

Eā nocte, iuvenis iterum ad collis it et iterum Catharīna cum eō vehitur. Hāc nocte, Catharīna iuvenem nōn spectat, sed fādās. Ūnus infāns fādus cum virgā lūdit. Ūna fāda, infantem spectāns, inquit, "Illa virga nōn est periculōsa?"

Altera fāda respondet, "Immō, haec virga tantum potest retexere omnēs trānsformātiōnēs."

Catharīna trēs nucēs ad infantem singillātīm volvit. Mox infāns virgam dēponit. Catharīna virgam capit. Tandem fādae iuvenem in equum ponunt et iuvenis et Catharīna iterum domum vehuntur.

Iterum rēx Catharīnam nucēs frangentem invenit et attonitus est. Iam rēx eī promittit filiū in mātirimōnium sī iterum manēbit. Catharīna adnuīt et statim ad Annam currit. Catharīna virgam ad Annam adhibet et statim Anna iterum est pulcherrima.

Anna gratissima inquit, "Quōmodo!?" Catharīna tōtam rem narrat. Anna respondet, "Mīrābile! Alter filius rēgis cotīdiē mē vīsitat, extrā iānuam sedēns et tōtum diem loquēns. Tandem eum vidēre possum!"

Tertiā nocte est eadem quam duae priōrēs. In collis fādae, Catharīna iterum infantem videt. Iam infāns lacrimat. Fāda prope infantem inquit, "Ubi est virga?"

Altera fāda respondet, "Nesciō, sed sine infāns cum hāc ludat," et infantī avem dat.

"Avis est periculōsa?" prīma fāda inquit.

"Immō, tantum exsecrātiōnēs solvere potest."

Iterum Catharīna nucēs volvit et infāns avem dēponit. Catharīna celeriter avem capit. Postquam Catharīna et iuvenis domum redeunt, Catharīna avem coquit.

Avis dēliciōsa ōlet et iuvenis inquit, “Utinam morsum aviculae habeam!” Iuvenis primum morsum edit et sua gēnae pallentēs ērubescunt.

“Utinam secundum morsum aviculae habeam!” iuvenis inquit. Cathārīna morsum secundum dat.

Iam iuvenis in lectō sē tollit et inquit, “Utinam tertium morsum aviculae habeam!” Cathārīna morsum tertium dat. Tandem iuvenis ē lectō surgit.

Rēx cubiculum intrat et filium et Catharīnam videt, nucēs fragentēs et edentēs. Itaque in fīlius aeger puellam sānam et filius sānus puellam aegram in mātrimōnium dūcunt et omnēs vītās in pace fīniunt.